

Episcopalis dimanet atque perveniat. Quapropter, exteris quoque hominibus Religioni puriori firmissimo & sanctissimo sacramento addictis & militantibus, libertatem sacrorum asserere annitur, quidquid etiam vel his vel civibus suis subjectissimis adjumento esse possit, ad cultum divinum rite peragendum, & sacra sine molestia obeunda, id singulari, hoc est Regia Munificentia prospicit, curat, suppeditat, & in desertas atque oppressas Ecclesias beneficia sua quasi coelestem imbrem accumulat & profundit. Plura itaque condidit Evangelicæ Religionis sacraria, plures ædes sacras, quam centum annorum spatio non vidit Marchia, nec tot videbit unquam à quoquam excitari; quod non modo ejus rei partes ab *Optimo Principe* jam occupatæ sint, sed etiam quod unus Principis vitam tot conatibus sufficere, tantis rebus gestis posse circumscribi, omnis secutura dubitabit & desperabit ætas. Infelix fuit Macrinus Imperator, quia felix non Pius esse voluit. Felix est *Pater Patriæ*

E 2

Cle-

de